ENNODIUS MAXIMO.

Producit magnitudo tua nuptiarum festa temporib;
dum rem ad quam coactus es sub diuturnitate pro
sequeris, subito necessitas tua facta est desiderium, ali
quis negotio illi perenniter incumbat, ad quod discendit
inuitus sic recessisti a custodia beatitudinis diligentia,
quasi prolixis temporibus dedicis sis, qualiter institue
retur uxorius. Triginta feliciter dies abierunt, et
adhuc te ciuitati adhuc meis oculis longa me mace
rans expectatione subducis, uere quicquid uis facias,
si uixero quae tibi dicenda tecum non tacebo, tamen
honore salutationis accepto, gustum de gratulis
ut fratrem decet a fratre directa suscipite. Erubesce
tu, quia nec aegrum requiris, nec de nuptialibus delici
is, quae possent fastidium releuare, transmittis.

ENNODIUS STEPHANO.

Exigit a me filii communis Marcelli adhortatio,
quem natura uobis mihi dedit affectus, ut ad
scriptionis munia praeuius adspirarem, et solacium
litterarum per quod uetustas uoluit absentiae nil
licere, amore uictus inpenderem. Iam debes mihi
duplicem gratiam, et si responsa restitueris, ob hoc quod
primus incepi. Ille dilectionis ianuam pandit, qui in
colloquiis praestita (exemplum) propositum custodiunt formulam,
qui scripta restituunt. Ergo ductore deo, nuntium pro
speritatis nostrae epistolam destinamus. Illud
ad gaudium uestrum quod uberius pater negmens
conscientiae adiungimus, filium uestrum in studiis libera
libus ingenuitatis testimonium iam tenere, et talem se
in hac cura praestare, ut auctor suorum uotastruens con
dat. Spes perfectionis est, honestas in adolescente in
choatio. Nec ab eruditis distat, qui inter exordia boni
gloriam occupat instituti. Salutans ergo adfectio
ne qua debeo spero, ut repensetur oportunitate.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0338